xp̄i. Rogo aūt vos fratres ut ob
ſeruetis eos qui diſſenſiões ⁊ of
fendicula p̄ter doctrinā quā vos
didiciſtis faciūt ⁊ declinate ab ill'
Huiuſmōi ei xp̄o dn̄o noſtro nō
ſeruiunt ſȝ ſuo ventri et p dulces
ſermones ⁊ bn̄dictiones ſeducūt
corda innocentiū. Veſtra eñi obe
dientia in omni loco diuulgata ē.
Gaudeo igit' i vobis. ſed volo vos
ſapientes eē in bono et ſimplices
in malo. Deus autē pacis conte
rat ſathanan ſub pedibꝰ veſtris
velociter. Gratia dn̄i noſtri iheſu
xp̄i vobiſcū. Salutat vos thimo
theus adiutor meꝰ ⁊ luciꝰ et iaſō
⁊ ſoſi pat' ꝯgnati mei. Saluto vos
ego tertiꝰ q̄ ſcripſi epiſtolā in do
mino. Salutat vos gaius hoſpes
meꝰ et vniūſe eccl̄ie. Salutat vos
eraſtꝰ archariꝰ ciuitatis ⁊ quar
tus frater. Grā dn̄i noſtri ihu cri
ſti cū oībꝰ vobis amen. Ei aūt qui
potēs eſt vos ꝯfirmare iuxta euā
geliū meū ⁊ predicacōem ihu cri
ſti ſcd̄m reuelacōem miſterij tēpo
ribꝰ eternis taciti qd̄ nūc patefa
ctū eſt p ſcripturas ꝓphaꝝ ſcd̄m
preceptū eterni dei ad obedicōem
fidei in cūctis gentibꝰ cogniti ſoli
ſapiēti deo p ihm xp̄m: cui hono2
⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ amen.

Explicit ep̄la ad romanos.
Incipit plogꝰ in epiſtolā ad
Corinthios.

Orinthij ſūt achaici ⁊
hij ſimiliter ab apoſto
lo audierunt verbum
veritatis ⁊ ſbuerſi ſūt
multifarie a falſis apoſtolis. Qui
dam a philoſophie verboſa elo
quentia. alij ſecta legis iudaice i
ducti ſunt. Hos reuocat apoſto
lus ad veram fidem ⁊ euangelicā
ſapientiam: ſcribens eis ab ephe
ſo p thimotheū.

Explicit plogus. Incipit epi
ſtola ad Corinthios p̄ma.

PAulus vocatus apo
ſtolus ihu criſti per
voluntatem dei ⁊ ſo
ſtenes frat' ecclesie
dei que eſt corinthi
ſanctificatis in criſto ihu vocatis
ſanctis cum omnibus qui inuo
cant nomen domini noſtri iheſu
criſti in omni loco ipſorum ⁊ no
ſtro. Gratia vobis ⁊ pax a deo pa
tre noſtro et domino iheſu criſto.
Gratias ago deo meo ſemper pro
vobis in gratia dei que data eſt
vobis in criſto iheſu. quia in om
nibus diuites facti eſtis in illo in
omni verbo ⁊ in omni ſcientia. ſic
teſtimoniū criſti confirmatum ē
in vobis ita ut nihil vobis deſit i
vlla gratia: expectantibus reuela
tionem domini noſtri iheſu criſti
qui et confirmabit vos vſqȝ in fi
nem ſine crimine: in die aduentꝰ
domini noſtri iheſu criſti. Fidelis
deus per quem vocati eſtis in ſoci
etatem filij eius iheſu criſti domi
ni noſtri. Obſecro autem vos fra
tres per nomen domini noſtri ihe
ſu criſti: ut idipſum dicatis om̄es
et non ſint in vobis ſciſmata. Si
tis autem perfecti in eodem ſen
ſu ⁊ in eadem ſcientia. Significa
tum eſt enim mihi de vobis fra
tres mei ab hijs qui ſunt cloes.
quia contentiones ſūt inter vos.

Hoc autē dico qđ vnuſq̄ſq; vr̄m
dicit. Ego quidem ſum pauli. ego
aūt appollo. ego vero cephe. ego
autem criſti. Diuiſus eſt criſtus.
Nūquid paulus crucifixꝰ ē ꝓ no
bis aut in nomīe pauli baptiſati
eſtis. Grās ago deo meo ꝙ nemī
nē veſtꝝ baptiſaui. niſi criſpū et
gaiū ne quis dicat ꝙ ī noīe meo
baptiſati eſtis. Baptiſaui autē et
ſtephane domum. ceterꝝ neſcio ſi
quē aliū veſtꝝ baptiſauerim. nō
enī miſit me xp̄s baptiſare ſ; euā
geliſare. nō in ſapientia verbi ut
nō euacuetꝛ crux xp̄i. Verbū enī
crucis peūtibꝰ quidez ſtulticia ē.
hijs aūt qui ſalui ſūt ideſt nobꝭ
dei v̓tus eſt. Scriptū ē enī. Perdā
ſapientiā ſapientiū ⁊ prudentiaz
prudētiū reprobabo. Vbi ſapiēs
vbi ſcriba vbi inq̄ſitoꝛ huiꝰ ſecu
li. nōne ſtultā fecit deus ſapiētiā
huiꝰ mūdi. naz ꝙ in dei ſapiētia
nō ↄgnouit mundꝰ ꝑ ſapiētiam
deū. placuit deo ꝑ ſtulticiā p̄dicacō
nis ſaluos facere credētes. Qm̄ et
iudei ſigna petūt ⁊ greci ſapiētiā
querūt. Nos autē p̄dicamꝰ xp̄m
crucifixū. iudeis quidē ſcandalū.
gentibꝰ aūt ſtulticiā. ipſis autez
vocatis iudeis atq; grecis criſtuz
dei v̓tutē ⁊ dei ſapientiā. Quia qđ
ſtultuz eſt dei. ſapientiꝰ eſt hoībꝰ
⁊ qđ infirmū eſt dei. fortiꝰ eſt ho
minibꝰ. Videte enī vocacōem ve
ſtrā fratres. ꝙ nō multi ſapiētes
ſcđm carnē nō multi potētes non
multi nobiles ſ; que ſtulta ſūt mū
di elegit deus ut confundat ſapi
entes ⁊ infirma mundi elegit de
us ut confundat fortia ⁊ ignobi
lia mundi et contemptibilia ele
git deus ⁊ ea que nō ſunt ut ea q̄
ſūt deſtrueret ut nō glorietꝛ omīs
caro in ↄſpectu eiꝰ. Ex ipō aūt voſ
eſtis in xp̄o ihū qui factus ē nobꝭ
ſapientia ⁊ iuſticia ⁊ ſācīficatio
⁊ redēpcō ut quēadmodū ſcriptū
ē q̄ gloriatꝛ ī dño glietꝛ. C a. ij.

Et ego cum veniſſez ad vos
fratres veni ut nō in ſblimi
tate ſmonis aut ſapiētie ānunti
ans vobꝭ teſtimoniū xp̄i. Nō enī
iudicaui me ſcire aliquid int̓ voſ
n̄ iħz xp̄m ⁊ hūc crucifixū. Et ego
in infirmitate ⁊ timore ⁊ tremore
multo fui apud vos ⁊ ſmo meꝰ
⁊ predicacō mea nō in ꝑſuaſibili
bꝰ hūane ſapiētie verbꝭ. ſ; in oſtē
ſione ſpūs et v̓tutis ut fides vr̄a
nō ſit in ſapiētia hoīm ſ; in v̓tute
dei. Sapientiā autē loq̄mur inter
ꝑfectos. Sapientiā vero nō huiꝰ
ſeculi neq; pncipū huiꝰ ſeculi qui
deſtruuntꝛ. ſ; loq̄mur dei ſapiētiaz
in miſterio que abſcōdita ē quaz
p̄deſtinauit deꝰ an̄ ſecula in gliaz
noſtrā quā nemo pncipū huius
ſeculi ↄgnouit. Si enī cognouiſſent
nūq̄ dn̄m glorie crucifixiſſent. Si
cut ſcriptū eſt qđ oculꝰ nō vidit
nec auris audiuit nec ī coꝛ homi
nis aſcēdit que preparauit deꝰ hijs
q̄ diligūt illū. Nobꝭ aūt reuelauit
deus ꝑ ſpm̄ ſuū. Spūs eī oīa ſcru
tatꝛ etiā ꝓfunda dei. Quis enī ſcit
hominū que ſūt hoīs niſi ſpūs ho
minis q̄ ī ipō ē. Ita ⁊ q̄ dei ſūt ne
mo ↄgnouit n̄ ſpūs dei. Nos aūt
nō ſpm̄ huiꝰ mūdi accepimꝰ ſed
ſpm̄ qui ex deo eſt ut ſciamꝰ que
a deo donata ſūt nobꝭ que et loqui
mur nō in doctis hūane ſapiētie
verbꝭ. ſ; in doctrina ſpūs. ſpūalibꝫ

ſpūalia ꝯparātes. Aīal' aūt hō
nō ꝑcipit ea q̄ ſūt ſpūs dei. Stulti
cia em̄ ē illi ⁊ nō pōt ītelligere. q̄a
ſpūalit' examinat'. Spūal' autē iu
dicat oīa ⁊ ipſe a nemine iudicat'
ſicut ſcriptū ē. Quis em̄ ꝯgnouit
ſenſū dn̄i: aut q̄s īſtruxit eū? Nos
aūt ſenſū xp̄i hēm⁹. Ca. iij.
Et ego frēs nō potui vob' lo
q̄ q̄ſi ſpūalib⁹. ſ; q̄ carnali
b⁹. Tanq̄ puul' ī xp̄o lac vob' po
tū dedi: nō eſcā. Nōdū ei poteratis
ſ; nec nūc quidē poteſtis. Adhuc
em̄ carnales eſtis. Cū em̄ fuerit ī
ter vos zel⁹ ⁊ ꝯtētio: nōne carna
les eſtis ⁊ ſcd̄m hoīe; ābulatis?
Cū em̄ q̄s dicat ego quidē ſū pau
li. ali⁹ āt ego apollo: nōne hoīes
eſtis? Quid igit' ē apollo? Quid
vero paul⁹? Miniſtri ei⁹ cui credi
diſtis. Et vnicuiq; ſicut dn̄s dedit.
Ego plātaui. apollo rigauit. ſ; de
us incremētū dedit. Itaq; neq; q̄
plātat ē aliq̄d neq; q̄ rigat. ſ; q̄ in
crementū dat de⁹. Qui plātat aūt
⁊ q̄ rigat vnū ſūt. Vnuſquiſq; āt
ꝓpriā mercedē accipiet ſm̄ ſuū la
borē. Dei em̄ ſum⁹ adiutores. Dei
agricultură eſtis. dī edificatō eſtis.
Scd̄m grā; dei q̄ data ē m̄ ut ſapi
ens architect⁹ fūdamētū poſui.
ali⁹ aūt ſupedificat. Vnuſquiſq;
aūt videat q̄ mō ſupedificet. ſun
damētū ei aliud nemo pōt pone
re p̄t' id qd̄ poſitū ē: qd̄ ē xp̄s ihe
ſus. Si q̄s āt ſupedificat ſup̄ fun
damētū hoc auꝝ argētū lapides
p̄cioſos ligna fenū ſtipulā: vni
uſcuiuſq; op⁹ maīfeſtū erit. Dies
em̄ dn̄i declarabit. qꝛ in igne reue
labit' ⁊ vniuſcuiuſq; op⁹ q̄le ſit ig
nis ꝓbabit. Si cui⁹ op⁹ mā̄ſerit

qd̄ ſupedificauit: mercedē accipi
et. Si cui⁹ opus arſerit detrimen
tū patiet'. ipſe aūt ſalu⁹ erit: ſic tn̄
quaſi ꝑ ignē. Neſcitis qꝛ tēplū dī
eſtis ⁊ ſpūs dei habitat in vob'?
Si quis aūt templū dei violauerit
diſꝑdet illū deus. Templū em̄ dei
ſanctū ē: qd̄ eſtis vos. Nemo ſe ſe
ducat. Si quis videt' int' vos ſapi
ens eē ī hoc ſeculo: ſtultus fiat ut
ſit ſapiēs. Sapiētia em̄ hui⁹ mū
di ſtulticia eſt apud deū. Scriptū
eſt em̄. Cōprehendā ſapiētes in
aſtutia eoꝝ. Et iterū. Deus nouit
cogitacōnes ſapientū: q̄m vane
ſūt. Nemo itaq; glorietur in homini
b⁹. Oīa em̄ vrā ſunt: ſiue paulus
ſiue apollo ſiue cephas ſiue mū
d⁹ ſiue vita ſiue mors ſiue p̄ſntia
ſiue futura. Oīa em̄ vrā ſunt. vos
aūt xp̄i. xp̄s aūt dei. Ca. iiij.
Sic nos exiſtimet hō ut mini
ſtros xp̄i et diſpēſatores mi
ſterioꝝ dei. Hic iā querit' int' diſpē
ſatores: ut fidel' quis inueniatur.
Mihi aūt ꝓ minimo ē ut a vobis
iudicer aut ab humano die. Sed
neq; meipm̄ iudico. Nihil em̄ mi
hi ꝯſci⁹ ſū. ſ; nō in hoc iuſtificat⁹
ſū. Qui aūt iudicat me: dn̄s eſt.
Itaq; nolite an̄ temp⁹ iudicare:
quoaduſq; veniat dn̄s q̄ ⁊ illumi
nabit abſcōdita tenebraꝝ ⁊ ma
nifeſtabit ꝯſilia cordiū ⁊ tūc laus
erit vnicuiq; a deo. Hec autē frēs
trāſfiguraui ī me ⁊ apollo ꝓpt' vos
ut ī vobis diſcatis ne ſup̄ q̄ ſcri
ptū eſt vnus aduſus alteꝝ infle
tur pro alio. Quis enim te diſcer
nit? Quid autem habes qd̄ non
accepiſti? Si autem accepiſti: q̄d
gloriaris quaſi non acceperis?

Jaȝ ſaturati eſtis iaȝ diuiteſ facti
eſtis. Sine nobis regnatis. Et vti
nam regnetis ut ⁊ nos vobiſcū re
gnemꝰ. Puto enī ꝙ deꝰ nos apo
ſtolos nouiſſimoſ oſtēdit tanꝗ̄
morti deſtinatos. q̄ꝛ ſpectaculū fa
cti ſumꝰ mūdo ⁊ angel' ⁊ hoībus
Nos ſtulti ꝓpt' xp̄m. vos aūt pru
dētes in xp̄o. Nos infirmi. vos aūt
fortes. Vos nobiles. nos autem
ignobiles. Uſqꝫ in hanc horā et
eſurimꝰ ⁊ ſitimꝰ ⁊ nudi ſumus ⁊
colaphis cedimur ⁊ inſtabiles ſu
mꝰ ⁊ laboramꝰ opantes manibꝫ
nr̄is. Maledicimur ⁊ bn̄dicimuſ
Perſecucōem patimur et ſuſtine
mus. Blaſphemamur ⁊ obſecra
mꝰ Tanꝗ̄ purgamēta huiꝰ mūdi
facti ſumuſ oīm peripſima vſqꝫ ad
huc. nō ut ꝯfundā vos hec ſcribo
ſꝫ ut filios meoſ cariſſimos moneo
Nam ſi decēmilia pedagogoꝝ ha
beatis in xp̄o. ſꝫ nō multos pr̄es.
nam in xp̄o ih̄u ꝑ euangeliū ego
vos genui. Rogo ḡ vos imitato
res mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i. Jo
miſi ad vos thimotheū qui eſt fi
lius meꝰ cariſſimꝰ ⁊ fidel' in dn̄o
qui vos ꝯmonefaciat viaſ meaſ
q̄ ſunt in xp̄o ih̄u ſicut vbiqꝫ in oī
eccl̄ia doceo. Tanꝗ̄ nō venturꝰ ſim
ad vos ſicut inflati ſūt q̄daȝ. Ve
niaȝ aūt ad vos cito ſi dn̄s volue
rit ⁊ cognoſcā nō ſmoneȝ eoꝝ q̄
inflati ſunt ſꝫ virtutē. nō enī in ſer
mone eſt regnuȝ dei. ſꝫ in virtute.
q̄d vultis. In vga veniā ad voſ
an in caritate ⁊ ſpū māſuetudis.
OMnīo audit' iť vos Ca. v.
fornicacō ⁊ tal' fornicacō q̄l'
nec iť gētes ita ut vxorē pr̄is ſui ali
q̄s hēat. Et vos inflati eſtis ⁊ nō
magis luctū habuiſtis ut tollat'
de medio veſtꝝ qui hoc opꝰ fecit
Ego quidē abſēs corpe. pn̄s autē
ſpū. iā iudicaui ut pn̄s eū qui ſic
opatus eſt in nomine dn̄i noſtri
ih̄u xp̄i cōgregatis vobis et meo
ſpū cū virtute dn̄i ih̄u tradere hu
iuſmodi hominē ſathane in inte
ritū carnis. ut ſpūs ſaluꝰ ſit ī die
dn̄i nr̄i ih̄u criſti. nō eſt bō gloria
tio vr̄a. neſcitis ꝙ modicū fermē
tū totā maſſam corrūpit. Expur
gate vetus fermētū ut ſitis noua
cōſperſio ſic eſtis azimi. Etenī pa
ſcha nr̄m imolatꝰ ē criſtꝰ. Itaqꝫ
epulemur. nō in fermento veteri
neqꝫ in fermēto malitie ⁊ neq̄tie.
ſꝫ in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis
Scripſi vob' in ep̄la ne ꝯmiſceami
ni fornicarijs. Non vtiqꝫ fornica
rijs huiꝰ mundi aut auaris aut
rapacibꝰ aut ydol' ſuiētibꝰ. alio
qn̄ debueratis de hoc mūdo exiſſe
Nūc aūt ſcripſi vob' nō cōmiſceri.
Si is qui frat' nominat' int' vos ⁊
ē fornicator aut auarꝰ aut ydolis
ſeruiēs aut maledicus aut ebrio
ſus aut rapax cū huiuſmodi nec
cibuȝ ſumere. Quid enī m̄ de hijs
q̄ foris ſūt iudicare. nōne de hijs
qui intus ſunt vos iudicatis. nā
eos qui foris ſūt deus iudicabit.
auferte malū ex vobip̄is. Ca. vi.
AUdet aliq̄s veſtꝝ hn̄s nego
tiū aduerſus alteꝝ iudicari
apud iniq̄s ⁊ nō apud ſanctos.
An neſcitis qm̄ ſācti de hoc mūdo
iudicabūt. Et ſi in vobis iudica
bit' mūdus. indigni eſtis qui de
minimis iudicetis. neſcitis quo
niā āgelos iudicabimus. Quāto
magis ſecularia. Secularia igit'

iuditia ſi habueritis: cõtemptibi
les q̃ ſunt in eccl̃ia illos cõſtituite
ad iudicandũ. Ad verecũdiaʒ ve
ſtrã dico. Sic nõ ẽ int̃ vos ſapiẽs
quiſq̃ q̃ poſſit iudicare int̃ frẽm
ſuũ. ſʒ frat̃ cũ fratre iuditio ɔtẽdit
⁊ hoc apud infideles. Jam quideʒ
omnino delictũ ẽ ĩ vob: q̃ iuditia
hẽtis inter vos. Quare nõ magis
ĩiuriã accipitis. Quaẽ nõ magis
fraudẽ patimini. Sʒ vos iniuriaʒ
facitis ⁊ fraudatis ⁊ hoc fratribʒ
An neſcitis q̃ iniq̃ regnũ dei non
poſſidebũt. Nolite errare: neq̃ for
nicarij. neq̃ ydol̃ ſeruientes. neq̃
adulteri. neq̃ molles. neq̃ maſcu
lorũ cõcubitores. neq̃ fures. neq̃
auari. neq̃ ebrioſi. neq̃ maledici
neq̃ rapaces regnũ dĩ poſſidebũt
Et hec q̃dẽ fuiſtis. ſed abluti eſtis.
ſed ſanctificati eſtis. ſed iuſtifica
ti eſtis: in noĩe dñi noſtri ihũ xp̃i
⁊ in ſpũ dei nr̃i. Oĩa m̃ licent. ſʒ nõ
oĩa m̃ expediunt. Oĩa mihi licẽt.
ſed ego ſub nulliꝰ redigar ptãte.
Eſca ventri ⁊ venter eſcis. deꝰ aũt
⁊ hũc ⁊ has deſtruet. Corpꝰ aũt
nõ fornicatiõi ſed dño ⁊ dñs cor
pori. Deus vero ⁊ dñm ſuſcitauit
⁊ nos ſuſcitabit p virtutẽ ſuã. Ne
ſcitis qm̃ corpa veſtra mẽbra ſũt
xp̃i. Tollens ergo mẽbra xp̃i: faciã
mẽbra meretricis. Abſit. An ne
ſcitis: qm̃ qui adheret meretrici
vnuʒ corpꝰ efficit. Erũt ei inquit
duo in carne vna. Qui ãt adheret
domino: vnꝰ ſpũs ẽ. Fugite forni
cacõeʒ. Omne enĩ pctm̃ qđcũq̃ fe
cerit homo extra corpꝰ ẽ. qui aũt
fornicat̃ ĩ corpꝰ ſuũ peccat. An ne
ſcitis qm̃ mẽbra vr̃a templũ ẽ ſpi
ritusſancti q̃ in vobis eſt quẽ ha
betis a deo ⁊ nõ eſtis veſtri. Empti
enim eſtis pretio magno. glorifi
cate ⁊ portate deum in corpore ve
ſtro.

Capitulũ. vij.

De quibꝰ ãt ſcripſiſtis mihi:
bonũ ẽ homini mulierẽ nõ tã
gere. Propt̃ fornicacõem ãt vnuſ
quiſq̃ ſuã vxorẽ hẽat ⁊ vnaq̃q̃
ſuũ viꝝ habeat. Vxori vir debitũ
reddat. ſimiliter aũt ⁊ vxor viro.
Mulier ſui corpis ptãteʒ nõ habʒ
ſʒ vir. ſimilit̃ autẽ ⁊ vir ſui corpis
poteſtatẽ nõ habet ſʒ mulier. No
lite fraudare inuicẽ niſi forte ex cõ
ſenſu ad tempꝰ ut vacetis oracõ
ni ⁊ iteꝝ reuertimini in idipm̃: ne
temptet vos ſathanas propter
incontinẽtiaʒ veſtram. Hoc autẽ
dico ſcđm indulgentiaʒ: nõ ſcđm
imperiũ. Volo aũt oẽs vos eẽ ſicut
meipm̃. Sʒ vnuſquiſq̃ ꝓpriũ donuʒ
habet ex deo. alius q̃deʒ ſic. aliꝰ ve
ro ſic. Dico ãt nõ nuptis ⁊ viduis
bonũ ẽ ill̃ ſi ſic pmãſerint ſicut et
ego. Qđ ſi nõ ſe ɔtinent: nubant
Melius eſt ei nubere q̃ vri. Hijs
aũt q̃ matrimonio iũcti ſũt preci
pio nõ ego ſed dñs: vxorẽ a viro
nõ diſcedere. Qđ ſi diſceſſerit: mane
re innuptã. aut viro ſuo recõcilia
ri. Et vir vxorẽ nõ dimittat. Nã ce
teris ego dico nõ dñs. Si q̃s frat̃
vxorẽ habet infidelẽ ⁊ hec ɔſentit
habitare cũ illo: nõ dimittat illã
Et ſi qua mulier habet virum in
fidelem ⁊ hic conſentit habitare
cum illa: non dimittat virum. Sã
ctificatus eſt enim vir infidelis
per mulierem fidelem et ſanctifi
cata eſt mulier infidelis per viruʒ
fideleʒ. Alioquin filij veſtri inmũ
di eſſent. nunc autem ſancti ſunt

Q̄ᵭ ſi infidel' diſcedit: diſcedat. Nō
em̄ ſeruituti ſubiect⁹ eſt frat' ꝗ̃ ſo
ror in eiuſmodi. In pace aūt voca
uit nos de⁹. Vn̄ em̄ ſcis mulier ſi
viꝝ ſaluū facies. Aut vn̄ ſcis vir
ſi mulierē ſaluā facies. Niſi vni
cuiq; ſicut diuiſit dn̄s. Vnūquē
q; ſicut vocauit de⁹ ita ambulet ⁊
ſicut in oīb⁹ eccl'iis doceo. Circūci
ſus aliq̄s vocatus eſt nō adducat
preputiū. In preputio aliquis vo
catus ē nō circūcidat'. Circūciſio
nıl ē ⁊ preputiū nihil eſt ſ3 obſua
tio mandatoꝝ dei. Vnuſquiſq; ī
qua vocatione vocatus eſt in ea p
maneat. Seruus vocatus es nō ſit
tibi cure. Sed ⁊ ſi potes fieri liber:
magis vtere. Qui em̄ ī dn̄o vocatꝰ
eſt ſeru⁹: libertus eſt dn̄i. Similit'
qui liber vocatus eſt ſeru⁹ eſt xp̄i.
Precio empti eſtis. nolite fieri ſer
ui hominū. Vnuſquiſq; ḡ in quo
vocatus eſt frater in hoc pmaneat
apud deū. De virginib⁹ autē pre
ceptū dn̄i nō habeo. cōſiliū autē
do tāq̄ miſericordiā cōſecut⁹ a dn̄o
ut ſim fidelis. Exiſtimo em̄ hoc bo
nū eē ꝑpt' inſtantē neceſſitatē. qm̄
bonū eſt homini ſic eē. Alligatus
es vxori. noli q̄rere ſolutionem. So
lutus es ab vxore. noli q̄rere vxo
rē. Si aūt acceperis vxorē nō pecca
ſti ⁊ ſi nupſerit virgo nō peccauit
Tribulationē tn̄ carnis habebūt
huiuſmodi. Ego aūt vob' parco.
Hoc itaq; dico fratres. Tempus
breue ē. Reliquū eſt ut et qui ha
bent vxores tāq̄ nō hn̄tes ſint et
qui flent tāq̄ nō flentes ⁊ q̄ gau
dent tāq̄ nō gaudētes ⁊ q̄ emunt
tāq̄ nō poſſidentes ⁊ qui vtūtur
hoc mūdo tāq̄ nō vtant'. Preterit
em̄ figura hui⁹ mūdi. Volo aūt
vos ſine ſollicitudine eē. Qui ſine
vxore eſt ſollicitus ē que dn̄i ſūt
quō placeat deo. Qui aūt cū vxore
eſt ſollicitus eſt q̄ ſūt mūdi quō
placeat vxori et diuiſus ē. Et mu
lier innupta et v̄go cogitat que
dn̄i ſūt ut ſit ſācta ⁊ corpe ⁊ ſpū.
Que autē nupta eſt cogitat q̄ ſūt
mundi quō placeat viro. Porro
hoc ad vtilitatē vrām dico nō ut
laqueū vob' iniciā: ſ3 ad id qᵭ ho
neſtū ē et qᵭ facultatē p̄beat ſine
impedimēto dn̄m obſecrandi. Si
q̄s autē turpē ſe videre exiſtimat
ſup virgine ſua ꝙ ſit ſupadulta
et ita oportet fieri qᵭ vult faciat.
nō peccat ſi nubat. Nā qui ſtatuit
in corde ſuo firmus nō hn̄s neceſ
ſitatē. poteſtatē aūt hn̄s ſue volū
tatis et hoc iudicauit in corde ſuo
ſeruare virginē ſuā bn̄ facit. Igit'
et q̄ matrimonio iūgit virginē
ſuā bn̄ facit ⁊ qui nō iūgit meli⁹
facit. Mulier alligata eſt legi q̄to
tēpe vir ei⁹ viuit. Qᵭ ſi dormierit
vir ei⁹ liberata eſt. Cui aūt vult
nubat tm̄ in dn̄o. Beatior aūt erit
ſi ſic pmāſerit ſcd̄m meū cōſiliū.
Puto aūt ꝙ ⁊ ego ſpm̄ dei hēā.

Ca. viii.

De hiis autē que
ydol' imolant' ſcim⁹. ꝙ oēs
ſcientiā hēm⁹. Scientia inflat. ca
ritas vero edificat. Si q̄s autē ſe
exiſtimat ſcire aliq̄d. nōdū cognouit
quēadmodū oporteat eū ſcire
Si quis aūt diligit deū hic cogni
tus eſt ab eo. De eſcis aūt q̄ ydo
lis imolant'. ſcim⁹ ꝙ nıl ē ydolū in
mūdo ⁊ ꝙ null⁹ de⁹ niſi vn⁹. Nā
et ſi ſunt qui dicant' dii ſiue ī celo
ſiue in terra. ſiquidē ſūt dii multi

⁊ dñi multi· nobis tñ vn⁹ de⁹ pa
ter ex quo oīa ⁊ nos ī illo et vn⁹
dñs iħus xp̄us p quē oīa ⁊ nos
p ip̄m· Sȝ nō in oībȝ eſt ſcīa· Qui
dā aūt cū ſcientia vſqȝ nūc ydoli:
quaſi ydolotitū manducāt ⁊ ꝯſci
entia ipſoꝝ cū ſit infirma polluit̄·
Eſca aūt nos non ꝯmendat deo·
Neqȝ em̄ ſi manducauerim⁹ abū
dabim⁹· neqȝ ſi non mādúcaueri
m⁹ deficiem⁹· Videte aūt ne forte
hec licētia noſtr̄ offendiculū fiat
infirmis· Si em̄ quis viderit eū q̄
habet ſcientiā ī ydoleo recūbentē:
nōne ꝯſcientia eius cū ſit infirma
edificabit̄ ad manducandū ydo
lotita.· Et pibit infirm⁹ in tua cō
ſcientia frat̄ ꝓpter quē xp̄us mor
tuus ē· Sic aūt peccātes in fratres
⁊ pcutientes cōſcientiā eoꝝ infir
mā in xp̄m pc̄tis· Quapꝓt̄ ſi eſca
ſcādaliſat fratrē meū nō mādu
cabo carnē in eternū ne frēm meū
ſcādalizem·

Capitulū· ix·

Non ſū liber.· Nō ſum ap̄lus.·
Nōne xp̄ȝ iħm dñm noſtꝝ
vidi.· Nōne opus meū vos eſtis
in dño.· Et ſi alijs nō ſuȝ ap̄lus· ſȝ
tñ vobis ſū· Nā ſignaculū apoſto
latus mei vos eſtis in dño· Mea
defenſio apud eos qui me īterro
gāt: hec eſt· Nūquid nō habem⁹
poteſtatē māducandi et bibēdi.·
Nūquid nō hēm⁹ ptātē mulierē
ſororē circūducendi: ſicut ⁊ ceteri
ap̄li ⁊ fratres dñi ⁊ cephas.· Aut
ego ſolus aut barnabas nō ha
bem⁹ poteſtatē hoc opādi.· Quis
militat ſuis ſtipēdijs vnq̄.· Quis
plātauit vineā ⁊ de fructu ei⁹ nō
edit.· Quis paſcit gregē ⁊ de lacte
gregis ſi māducat.· Nūquid ſm

hoīem hec dico.· An lex hec nō di
cit.· Scriptū eſt em̄ in lege moyſi
Nō alligabis os boui trituranti·
Nūquid de bub⁹ cura eſt deo.· An
ꝓpt̄ nos vtiqȝ dicit.· Naȝ ꝓpt̄ nos
ſcripta ſūt· qm̄ debet in ſpe q̄ arat
arare ⁊ qui triturat in ſpe fruct⁹ p
cipiendi· Si nos vobis ſpūalia ſe
minauimus: magnū ē ſi nos car
nalia veſtr̄ metam⁹.· Si alij pote
ſtatis veſtre pticipes ſūt: quare ñ
poti⁹ nos.· Sed nō vſi ſum⁹ hac
poteſtate· Sed oīa ſuſtinem⁹: ne
qd̄ defendiculū demus euāgelio
xp̄i· Neſcitis qm̄ q̄ in ſacraio ope
rant̄: que de ſacrario ſūt edūt.· Et
qui altario deſeruiūt cū altario p
ticipant: ita ⁊ dñs ordinauit hijs
q̄ euangeliū ānūtiant de euange
lio viuere· Ego aūt nullo horum
vſus ſuȝ· Nō aūt ſcripſi hec· ut ita
fiāt ī me· Bonū ē ei m̄ magis mo
ri q̄ ut gloriam meā q̄s euacuet·
Nā ⁊ ſi euāgeliſauero: nō ē mihi
gloria· Neceſſitas enim m̄ incūbit.
Ve em̄ m̄ eſt ſi nō euāgeliſauero
Si em̄ volens hec ago mercedē ha
beo· ſi aūt inuitus: diſpenſacō m̄ cre
dita eſt. Que ē ergo merces mea.·
Vt euāgeliū p̄dicans ſine ſūptu
ponaȝ euāgeliū: ut nō abutar po
teſtate mea ī euāgelio. Nā cū liber
eēm ex oīb⁹ oīm me ſeruū feci: ut
plures lucrifacerē· Et factus ſū iu
deis tanq̄ iude⁹: ut iudeos lucrer
hijs qui ſb̄ lege ſūt quaſi ſb̄ lege
eēm cū ipſe nō eēm ſb̄ lege: ut eos
qui ſub lege erant lucrifacerem·
hijs qui ſine lege erāt tanq̄ ſine
lege eēm cum ſine lege dei non eſ
ſem· ſed in lege eſſē xp̄i: ut lucri
facerem eos qui ſine lege erant·

Factus ſuʒ infirmis īfirm⁹ ut īfir
mos lucrifacerē· Oīb⁹ oīa fac⁹
ſū ut oēs facerē ſaluos· Oīa au
tē facio ꝓpt̄ euangeliū ut ꝑticeps
ei⁹ efficiar Neſcitis ꝙ hij q̄ in ſta
dio currūt oēs q̄dē currūt· ſʒ vn⁹
accipit brauiū· Sic currite ut ꝯp̄
hendatis· Ois autē qui in agone
ꝯtendit ab oīb⁹ ſe abſtinet ⁊ illi
quidē ut corruptibilē coronaʒ ac
cipiant· nos aūt incorruptā· Ego
igit̄ ſic curro nō quaſi in incertū
ſic pugno nō quaſi aerem verbe
rans· Sed caſtigo corp⁹ meū ⁊ in
ſeruituteʒ redigo ne forte cū aliȷ̄s
p̄dicauerim ipſe reprob⁹ efficiar·

Volo em̄ vos ignora  Ca· x·
re fratres qm̄ patres noſtri
oēs ſub nube fuerūt ⁊ oēs mare
tranſierūt ⁊ oēs in moyſe baptiſa
ti ſūt in nube ⁊ in mari· Et omnes
eandē eſcaʒ ſpiritalē māducauerūt
et oēs eundē potū ſpiritalē biberūt
Bibebant autē de ſpiritali ꝯſequē
te eos petra· Petra aūt erat xp̄s·
Sʒ nō in pluribʒ eoꝝ beneplacitū
eſt deo· Nā ꝓſtrati ſunt in deſerto·
Hec aūt in figura facta ſūt noſtri
ut nō ſim⁹ ꝯcupiſcētes maloꝝ ſic
⁊ illi ꝯcupierūt· Neqʒ ydolatre ef
ficiamini ſicut quidā ex ipīs quē
admodū ſcriptū eſt· Sedit popu
lus māducare et bibere ⁊ ſurrexe
runt ludere Neqʒ fornicemur ſicut
q̄daʒ ex ipīs fornicati ſūt ⁊ cecide
rūt vna die vigintitria milia Ne
qʒ temptem⁹ xp̄m ſic q̄daʒ eoꝝ
temptauerūt ⁊ a ſerpētib⁹ perierūt·
Neqʒ murmurauerit̄is ſicut q̄dā
eoꝝ murmurauerūt ⁊ perierūt ab ex
terminatore· Hec aūt oīa in figurā
ꝯtingebāt illis ſcripta ſunt auteʒ

ad correpcōem noſtrā i q̄s fines
ſeculoruʒ deuenerūt· Itaqʒ q̄ ſe exi
ſtimat ſtare videat ne cadat· Tē
ptacō vos nō apprehēdat niſi hu
mana· Fidel' aūt deus eſt qui nō
patiet̄ vos tēptari ſup̄ id qd po
teſtis· ſʒ faciet cū temptacōe etiaʒ
ꝓuentū ut poſſitis ſuſtinere· Pro
pt̄ qd cariſſimi m̄ fugite ab ydolo
rū cultu͡rā· Vt prudētib⁹ loq̄r· voſ
ipſi iudicate qd dico· Calix bn̄di
ctionis cui bn̄dicim⁹· nōne ꝯmu
nicacō ſāguinis xp̄i eſt· Et panis
quē frangim⁹· nonne ꝑticipacō
corpis dn̄i ē· Quoniā vn⁹ panis
⁊ vnū corp⁹ multi ſum⁹· oēs qui
de vno pane ꝑticipamus· Videte
iſrl' ſcd̄m carnē· Nōne qui edunt
hoſtias ꝑticipes ſūt altaris· Quid
ḡ· Dico ꝙ ydol' imolatum ſit ali
q̄d aut ꝙ ydolū ſit aliquid· Sed
que imolant gētes demonȷ̄s imo
lāt ⁊ n̄ deo· nolo āt vos ſocios fieri
demonioꝝ· Quia n̄ poteſtis calicē
domini bibere ⁊ calicē demonioꝝ·
nō poteſtis mēſe dn̄i ꝑticipes eē
⁊ mēſe dn̄oꝝ· An emulamur do
minū· nūq̄d fortiores illo ſum⁹·
Oīa m̄ licent ſʒ nō oīa expediūt
Oīa mihi licēt· ſʒ nō oīa edificāt
Nemo qd ſuū eſt querat· ſʒ qd al
terius· Oē qd in macello venit
māducate· nihil iterrogātes ꝓpt̄
ꝯſciam· Dn̄i eſt terra ⁊ plenitudo
ei⁹· Si quis vocat vos infideliū et
vultis ire oē qd vob' apponitur
māducate· nl' interrogātes ꝓpter
cōſciam· Si quis aūt dixerit hoc
imolatū eſt ydol'· nolite māduca
re ꝓpt̄ illū qui indicauit et ꝓpt̄ cō
ſcientiā· Conſciētiaʒ aūt dico nō
tuā ſʒ alteri⁹· Vt quid eī libertas

indicať ab aliena cōſcientia. Si
ego cū grā pticipo: quid blaſphe
mor pro eo ꝙ grās ago. Siue ergo
māducatis ſiue bibitis vel aliud
quid facitis: oīa in gloriā dei faci
te. Sine offenſione eſtote iudeis
⁊ gentibꝰ ⁊ eccīe dei: ſicut ⁊ ego p
oīa omnibꝰ placeo: nō querens
qđ mihi vtile eſt. ſed quod mul
tis ut ſalui fiant. Ca. xi

IMitatores mei eſtote ſicut ⁊
ego xpī. Laudo aūt vos fra
tres ꝙ p oīa mei memores eſtis ⁊
⁊ ſicͭ tradidi vobis precepta mea
tenetis. Volo aūt vos ſciē ꝙ oīs
viri caput xpūs eſt. caput autē
mulieris vir. Caput vero xpī deꝰ.
Omnis vir orans aut ꝓphetans
velato capite: deturpat caput ſu
um. Oīs aūt mulier orās aut pro
phetās non velato capite: detur
pat caput ſuū. Vnū em̄ ē ac ſi de
caluetť. Nā ſi nō velať mulier: ton
deatur. Si vero turpe ē mulieri ton
deri aut decaluari: velet caput ſuū.
Vir quidē nō debet velare caput
ſuū. qm̄ ymago ⁊ gloria dei ē. mu
lier autē glīa viri ē. Nō em̄ vir ex
muliere ē. ſ; mulier ex viro. Etem̄
nō ē creatus vir ꝓpť mulierē. ſed
mulier ꝓpť virū. Jđo debet mulier
velamē hēre ſupͬ caput ſuū ⁊ ꝓpť
āgelos. Verūtamē neqꝫ vir ſine
muliere neqꝫ mulier ſine viro ī do
mino. Nā ſicut mulier de viro. ita
⁊ vir p mulierē. Omīa aūt ex deo.
Vos ipī iudicate decet mulierē nō
velatā orare deū. nec ipſa natuā
docet vos. Qꝫ vir qͥdē ſi comā nu
triat ignominia ē illi. mulier vero
ſi comā nutriat glīa ē illi. qm̄ ca
pilli p velamine ei dati ſūt. Si qͥs

aūt videť contentioſus eē. nos talē
cōſuetudinē nō hēmus. neqꝫ eccīa
dei. Hoc aūt pͥcipio: nō laudans
ꝙ nō in meliꝰ ſ; in deterius cōueni
tis. Primū quidē conuenientibꝰ vobꝫ
in eccīam audio ſciſſuras eē inter
vos ⁊ ex pte credo. Nā oportet he
reſes eē: ut et qͥ ꝓbati ſūt manife
ſti fiāt in vobꝫ. Conuenientibꝫ ḡ vo
bis in vnū iā nō ē dominicā cenā
manducare. Vnuſquiſqꝫ em̄ ſuā
cenā pͥſumit ad māducandū. Et
aliꝰ quidē eſurit. aliꝰ aūt ebriꝰ ē.
Nunqͥd domos nō hētis ad mādu
candū ⁊ bibendū. Aut eccīam dei
contēnitis ⁊ confunditis eos qͥ nō ha
bent. Quid dicā vobꝫ. Laudo vos
in hoc nō laudo. Ego em̄ accepi a
dn̄o qđ ⁊ tradidi vobis. qm̄ dn̄s
iheſus in qͣ nocte tradebať: accepit
panē ⁊ grās agēs fregit ⁊ dixit.
Accipite et māducate. Hoc ē cor
pus meū qđ p vobꝫ tradeť. Hoc
facite ī meā cōmemoracōez. Similiť ⁊
calicē poſtqͣ̄ cenauit dicēs. Hic ca
lix nouū teſtamētū ē ī meo ſāgui
ne. Hoc facite qͦtienſcūqꝫ bibetis
ī meā cōmemoracōem. Quotieſcūqꝫ
eī māducabitis panē hūc ⁊ cali
cē bibetis: mortē dn̄i ānūtiabitis
donec veniat. Itaqꝫ quicūqꝫ mādu
cauerit panē vel biberit calicē dn̄i
īdigne: reꝰ erit corpis ⁊ ſāguīs dn̄i
Probꝫ āt ſeipm hō ⁊ ſic de pane il
lo edat et de calice bibat. qͥ eī mā
ducat ⁊ bibit īdigne iudiciū ſibi
māducat ⁊ bibit nō diiudicās cor
pꝰ dn̄i. Jđo īť vos mlťi īfirmi ⁊ imbe
cilles ⁊ dormiūt mlťi. Qđ ſi noſmet
ipōs diiudicarēmꝰ: nō vtiqꝫ iudicarē
mur. dū iudicamur āt a dn̄o corri
pimur: ut nō cū hōc mūdo dānemur

Itaq3 fratres mei cū cōuenitis ad
māducandū inuicē expectate. Si
quis esurit domi māducet ut nō
in iudiciū cōueniatis. Cetera aūt
cū venero disponā. Ca. xij.

De spūalibus autē nolo vos
ignorare fratres. Scitis aūt
qm̄ cū gētes eētis ad simulacra mu
ta ꝑut ducebamini eūtes. Jdō no
tū vobis facio q᷑ nemo in spū dei
loquens dicit anathema iħu. Et
nemo pōt dicere dn̄s iħus nisi in
spūsancto. Diuisiones vero grāꝝ
sūt. idē3 aūt spūs. Et diuisiōes mi
nistracōnū sunt. idē aūt dn̄s. Et di
uisiones opacōnū sunt. idē3 vero
deus q̄ opat̄ oīa in oībus. Vni
cuiq3 aūt dat̄ manifestatio spūs
ad vtilitatē. Alij quidē p spm̄ dat̄
s̄mo sapientie. Alij aūt sermo sci
entie scd̄m eundē spm̄. Alteri fides
in eodē spū. alij gratia sanitatū in
vno spū. alij opacō virtutū. alij
ꝓphia. alij discrecō spirituū. alij ge
nera linguaꝝ. alij interpretacō ser
monū. Hec aūt oīa opat̄ vnus
atq3 idē spūs. diuidens singul' ꝑ
ut vult. Sicut eīm corp⁹ vnū ē et
membr̄ habet multa. oīa autē3
mēbra corpis cū sint multa vnū3
tū corp⁹ sunt. ita ꝛ xp̄us. Etenī in
vno spū oēs nos in vnū corpus
baptisati sum⁹ siue iudei siue gen
tiles siue serui siue liberi ꝛ oēs vno
spū potati sum⁹. Naꝫ ꝛ corp⁹ nō ē
vnū membrꝫ sed multa. Si dixerit
pes qm̄ nō sū manus nō sū de cor
pore. nū ideo nō est de corpe. Et si
dixerit auris qm̄ nō sū oculus nō
sū de corpe. nū iō non ē de corpe.
Si totū corp⁹ ocul⁹ vbi auditus.
Si totū auditus vbi odoratus.
Nūc aūt posuit de⁹ mēbr̄. vnūqd
q3 eoꝝ in corpe sicut voluit. Qd si
eēnt oīa vnū mēbꝝ vbi corp⁹.
Nunc aūt multa quidē membra.
vnū aūt corpus. Non pōt aūt di
cere ocul⁹ manui opa tua non in
digeo. aut iterū caput pedib⁹. nō
estis mihi necessarij. Sed multo
magis que vident̄ mēbra corpis
infirmiora eē necessariora sūt. Et
q̄ putam⁹ ignobiliora membra
eē corpis hijs honorē abūdantio
rē3 circūdam⁹. Et que inhonesta
sunt nrā. abūdanciorē honestatē
hn̄t. Honesta āt nrā nulli⁹ egēt.
Sed de⁹ temperauit corp⁹ ei cui de
erat abūdanciorem tribuendo ho
norē. ut nō sit scisma in corpe. sed
in idipm̄ ꝑ inuicē sollicita sint mē
bra. Et si q̄d patit̄ vnū3 membrū
cōpatiunt̄ oīa mēbra. siue glīat̄
vnū membꝝ cōgaudēt oīa mem
bra. Vos aūt estis corpus xp̄i ꝛ
mēbra de membro. Et quosdaꝫ q̄
dem posuit de⁹ in eccl̄ia. primū apo
stolos. scd̄o ꝓphetas. tertio docto
res. deinde v̄tutes. exinde grās cu
racōnū. opitulacōes. gubnacōes
gn̄a linguaꝝ. interp̄tacōes s̄mo
nū. Nūquid oēs apl'i. Nūquid
oēs ꝓphe. nunq̄d oēs doctores.
Nūquid oēs v̄tutes. nunquid
oēs grāȝ hn̄t curacōnū. nūquid
oēs linguis loquūt̄. nunq̄d oēs
iterp̄tant̄. Emulamini aūt carisma
ta meliora. Et adhuc excellētiorē3
viā3 vob demonstro. Ca. xiij.

Si linguis hominū loquar ꝛ
angeloꝝ. caritatē āt nō ha
beā. factus sū velut es sonans ꝛ
cimbalū tinniēs. Et si habuero ꝓ
phetiā ꝛ nouerim misteria omnia

ꝛ oēm ſcientiā ꝛ habuero omnē
fidē ita ut mōtes trāſferā·caritatē
aūt nō habuero:nihil ſū· Et ſi di
ſtribuero ī cibos pauperꝝ omnes
facultates meas et ſi tradidero cor
pus meū ita ut ardeā·caritatē au
tem non habuero:nihil m̄ ꝓdeſt.
Caritas patiens ē·benigna ē· Ca
ritas nō emulatꝛ·nō agit perperā
nō inflatꝛ·nō ē ambicōſa·nō que
rit q̄ ſua ſunt· Nō irritatꝛ·nō cogi
tat malū·nō gaudet ſup iniquita
te·ꝯgaudet āt veritati· Oīa ſuffert
oīa credit·omnia ſperat·oīa ſuſti
net· Caritas nunꝗ̄ excidit· Siue
ꝓphetie euacuabuntꝛ·ſiue lingue
ceſſabūt·ſiue ſcientia deſtruetꝛ Ex
parte em̄ ꝯgnoſcimꝰ ꝛ ex pte pro
phetamꝰ· Cū autē venerit qd ꝑfe
ctū eſt:euacuabitꝛ qd ex pte ē Cū
eēm puulus loq̄bar ut puulus·
ſapiebā ut puulus·cogitabā ut
paruulꝰ Quādo aūt factus ſū vir
euacuaui que erant puuli· Vide
mꝰ nūc p ſpeculū ī enigmate·tūc
aūt fatie ad fatiē· Nunc ꝯgnoſco
ex pte·tunc aūt cognoſcā ſicut et
ꝯgnitus ſū· Nūc aūt manēt fides
ſpes caritas tria hec· Maior autē
horꝝ eſt caritas· Ca·xiiij·

S Ectamini caritatē·emulamī
ſpūalia·magis aūt ut ꝓphe
tetis· Qui em̄ loquitꝛ lingua:non
hoibꝰ loquitꝛ·ſ3 deo· Nemo em̄ au
dit· Spūs āt loquitꝛ miſteria· Nā
q̄ ꝓphetat hoibꝫ loquitꝛ ad edifica
tionē ꝛ exhortacōem ꝛ ꝯſolacōeꝫ
Qui loq̄tur lingua ſemetipm̄ edi
ficat·q̄ aūt ꝓphetat eccl̄iaꝫ dei edifi
cat. Volo āt oēs vos loq̄ linguis·
magis aūt ꝓphetare· Naꝫ maior ē
qui ꝓphetat q̄ꝫ q̄ loquitꝛ linguis:
niſi forte interpretetꝛ ut eccl̄ia edifi
cacōnē accipiat· Nūc aūt fratres
ſi venero ad vos linguis loquēs
q̄d vobis prodero:niſi vobis loq̄r
aut in reuelacōne·aut in ſcientia
aut in ꝓphetia·aut in doctrina.
Tn̄ que ſine anima ſūt vocē dan
tia ſiue tybia ſiue cithara:niſi di
ſtinctionē ſonitū dederint q̄uo ſcie
tur id qd canitꝛ ā qd citharizatꝛ.
Etem̄ ſi incertā vocē det tuba:q̄s
parabit ſe ad bellū. Ita et vos p
linguā niſi manifeſtū ſermonem
dederitꝭ·q̄uo ſcietꝛ id qd dicitꝛ. Eri
tis em̄ in aera loquētes· Tā mul
ta utputa genera linguarꝝ ſunt ī
hoc mūdo ꝛ nihil ſine voce ē· Si ḡ
neſciero virtutē vocis ero ei cui lo
q̄r barbarꝰ ꝛ q̄ loquitꝛ m̄ barba
rus· Sic ꝛ vos quoniaꝫ emulato
res eſtis ſpirituū ad edificacōem
eccl̄ie q̄rite ut abūdetis. Et ideo qui
loq̄tur lingua:oret ut interpretetur
Nā ſi orē lingua ſpiritus meꝰ orat·
mens āt mea ſine fructu ē· Quid
ergo eſt. Orabo ſpū:orabo ꝛ mē
te· Pſallā ſpū·pſallaꝫ ꝛ mēte· Ce
terꝝ ſi bn̄dixeris ſpū:quis ſupplet
locū ydeote. Quo dicet amē ſup
tuā benedictioneꝫ. Qm̄ q̄d dicas
neſcit. Naꝫ tu q̄dē bn̄ grās agis·
ſ3 alꝛ nō edificatꝛ Gratias ago deo
q̄ꝫ oīm veſtrꝝ lingua loquor· Sed
in eccl̄ia volo quinqꝫ verba ſenſu
meo loqui:ut ꝛ alios inſtruaꝫ q̄ꝫ
decēꝫ milia verborꝝ in lingua· Frēs
nolite pueri effici ſenſibꝰ ſ3 mali
tia paruuli eſtote·ſenſibus autē
perfecti eſtote· In lege em̄ ſcriptū
eſt· Quoniaꝫ in alijs linguis ꝛ la
bijs alijs loquar populo huic ꝛ
nec ſic exaudiēt me dicit dominꝰ·

Itaq; lingue in ſignū ſūt nō fideli
b9 ſ; infidelib9. ꝓphetie autē nō in
fidelib9. ſed fidelib9. Si ergo cōue
niat vniuſa eccl'ia in vnū ⁊ omēs
linguis loquant̃. intrent aūt ydi
ote aut infideles. nōne dicent q̄d
inſanitis. Si aūt oēs ꝓphetent. in
tret aūt quis infidelis vel ydeota
cōuincit̃ ab oībus. diiudicat̃ ab
oībus. Occulta cordis ei9 manife
ſta ſunt ⁊ ita cadēs in faciē adora
bit deū. pnūtiās ꝙ vere de9 i vo
bis ſit. Quid ēgo eſt fratres. Cū
cōuenitis vnuſquiſq; veſtrū pſal
mū habet. doctrinā habet. apoca
lipſim habet. linguā habet. inter
pretacōnem habet. oīa ad edifi
cacōem fiāt. Sine lingua q̄s loq̄
tur ſcđm duos aut ut multū tres
⁊ ꝑ ptes ⁊ vnus interp̄tet̃. Si āt
nō fuerit interpres taceat in eccl'ia.
ſibi aūt loquat̃ ⁊ deo. Prophete
aūt duo aut tres dicāt ⁊ ceteri di
iudicēt. Q; ſi alij reuelatū fuerit
ſedenti prior taceat. Poteſtis em̄
oēs per ſingulos ꝓphetare ut oēs
diſcāt ⁊ omēs exhortent̃. Et ſpūs
ꝓphaꝝ ꝓphetis ſubiectus eſt. Nō
em̄ diſſenſionis eſt de9 ſ; pacis ſic
et in oībus eccl'ijs ſanctoꝝ doceo.
Mulieres in eccl'ijs taceāt. Nō em̄
ꝑmittit̃ eis loq̄ ſ; ſbditas eē ſicut
et lex dicit. Si q̄d āt volūt diſcere
domi viros ſuos interrogēt. Turpe
eſt em̄ mulieri loqui in eccl'ia. An
a vob̄ verbū dei ꝓceſſit aut i vos
ſolos puenit. Si quis videt̃ ꝓphe
ta eē aut ſpūalis. cognoſcat que
ſcribo vobis. q; dn̄i ſunt mādata
Si quis āt ignorat: ignorabitur
Itaq; fratres emulamini ꝓphetare
⁊ loqui linguis nolite prohibere.

Oīa autē honeſte et ſcđm ordinē
fiant in vobis. Ca. xv.

Notū aūt vobis facio fratres
euangeliū q̄d p̄dicaui vob̄
q̄d ⁊ accepiſtis in q̄ ⁊ ſtatis ꝑ q̄d
⁊ ſaluamini q̄ racōe p̄dicauerim
vobis ſi tenetis niſi fruſtra credi
diſtis. Tradidi em̄ vob̄ in p̄mis
q̄d ⁊ accepi. qm̄ xp̄us mortuus ē
ꝓ peccatis nr̄is ſcđm ſcripturas ⁊
q; ſepultus ē ⁊ q; reſurrexit tertia
die ſcđm ſcripturās ⁊ q; viſus eſt
cephe ⁊ poſt hoc vndeci. Deīde vi
ſus eſt plus q̄ q̄ngentis fratrib;
ſimul ex quib; multi manēt vſq;
adhuc. quidā aūt dormierūt. De
inde viſus ē iacobo. deinde apl'is
oībus. Nouiſſime autē oīm tāq̄
abortiuo viſus eſt ⁊ m̄. Ego ei ſū
minim9 apl'oꝝ qui nō ſū dignus
vocari apl'us. qm̄ pſecutus ſū eccl'iā
dei. Gratia aūt dei ſum id q̄d ſum
⁊ grā eius in me vacua nō fuit ſ;
abūdanti9 illis oīb9 laboraui. Nō
ego autē ſ; grā dei mecū Siue em̄
ego ſiue illi ſic p̄dicauimus ⁊ ſic
credidiſtis. Si aūt xp̄s predicat̃
ꝙ reſurrexit a mortuis. quō q̄dā
dicūt in vobis. qm̄ reſurrectō mor
tuoꝝ nō ē. Si aūt reſurrectio mor
tuoꝝ nō eſt. neq; xp̄us reſurrexit
Si autē xp̄s nō reſurrexit. inanis
eſt p̄dicacō noſtra. inanis eſt ⁊
fides vrā. Inuenimur autē ⁊ falſi
teſtes dei. qm̄ teſtimoniū diximus
adūſus deū ꝙ ſuſcitauit xp̄m quē
nō ſuſcitauit. ſi mortui nō reſurgūt
Nā ſi mortui nō reſurgūt. neq; cri
ſtus reſurrexit. Q̄d ſi xp̄s nō reſur
rexit. vana ē fides veſtra. Adhuc
em̄ eſtis in peccatis veſtris. Ergo
⁊ qui dormierūt in xp̄o perierunt.

Si in hac vita tm̄ in xp̄o ſperātes
ſumꝰ: miſerabiliores ſumꝰ oībus
hoībꝰ. Nūc aūt xp̄us reſurrexit a
mortuis p̄mitie dormientiū. qm̄ q̄
dē p hominē mors ⁊ p hoīem reſur
rectio mortuorū. Et ſicut in adam
oēs moriunt̄: ita ⁊ in xp̄o oēs viui
ficabunt̄. Vnuſquiſqȝ aūt in ſuo
ordine p̄mitie xp̄us. Deinde hij q̄
ſūt xp̄i qui in aduentū eiꝰ credide
rūt. Deinde finis cuȝ tradiderit re
gnū deo ⁊ patri cum euacuauerit
oēm p̄ncipatū ⁊ poteſtateȝ ⁊ vir
tutē. Oportet aūt illuȝ regnare do
nec ponat oēs inimicos ſub pedi
bꝰ eiꝰ. Nouiſſime aūt inimica de
ſtruet̄ mors. Omnia ei ſubiecit ſb̄
pedibȝ eiꝰ. Cū aūt dicat oīa ſubie
cta ſūt ei: ſine dubio pret̄ euȝ q̄ ſb̄
iecit ei oīa. Cū aūt ſubiecta fuerit
illi oīa. tūc et ipſe filiꝰ ſubiectꝰ erit
illi q̄ ſbiecit ſibi oīa ut ſit deꝰ oīa
ī oībꝰ. Alioqn̄ q̄d faciēt qui bap
tiſātur ꝑ mortuis. Si ōmino mor
tui nō reſurgūt ut quid ⁊ baptiſā
tur ꝑ ill'. Vt quid ⁊ nos pidita
mur omi hora. Quotidie morior
ꝑp̄t veſtrā gloriā fratres quā ha
beo in xp̄o ih̄u dn̄o noſtro Si ſcd̄ȝ
hoīem ad beſtias pugnaui ephe
ſi: qd m̄ ꝓdeſt ſi mortui non reſur
gūt. Māducemꝰ ⁊ bibamꝰ. cras
em̄ moriemur. Nolite ſeduci. Cor
rūpunt mores bonos colloq̄a ma
la. Euigilate iuſti ⁊ nolite peccare
Ignorantiā ei dei quidā hn̄t. Ad
reuerētiā vob̄ loquor. Sȝ dicit ali
q̄s. Quō reſurgūt mortui. Quali
aūt corpe venient. Inſipiēs tu qd̄
ſeminas nō viuificat̄. n̄ priꝰ mo
riat̄. Et q̄d ſeminas. Nō corpus
qd̄ futuȝ ē ſeminas. ſȝ nudū gra
nū. ut puta tritici. aut alicuiꝰ cete
roȝ. Deus aūt dat illi corpꝰ ſicut
vult ⁊ vnicuiqȝ ſeminū ꝓpriū cor
pꝰ. n̄ oīs caro eadē caro. ſȝ alia hoī
nū. alia pecoȝ. alia volucȝ alia āt
piſciū. Et corpa celeſtia ⁊ corpora
terreſtria. Sȝ alia quidē celeſtium
glīa. alia autē terreſtriū. Alia cla
ritas ſol'. alia claritas lune. ⁊ alia
claritas ſtellaruȝ. Stella em̄ a ſtel
la differt in claritate. ſic ⁊ reſurre
ctō mortuorū Semiat̄ ī corruptōe
ſurgȝ ī incorruptōe Semiat̄ ī igno
bilitate. ſurgȝ ī glīa. Semiat̄ ī infir
mitate. ſurgȝ ī v'tute Seminat̄ cor
pꝰ aīale. ſurget corpus ſpiritale.
Si ē corpꝰ aīale ē ⁊ ſpiritale. ſicut
ſcriptū ē. Factus ē p̄mꝰ hō adā in
aīaȝ viuentē. nouiſſimus adā in
ſpm̄ viuificantē. Sed nō p̄us qd̄
ſpiritale ē ſȝ qd̄ aīale. deinde quod
ſpiritale. Primꝰ hō de terra terre
nꝰ. ſecūdꝰ hō de celo celeſtis. Qua
lis terrenus tales ⁊ terreni ⁊ q̄lis
celeſtis tales ⁊ celeſtes. Igit̄ ſicut
portauimꝰ ymaginē terreni: porte
mꝰ ⁊ ymaginē celeſtis. Hoc aūt
dico frēs. q2 caro ⁊ ſāguis regnū
dei poſſidere n̄ pn̄t. neqȝ corruptio
incorruptelam poſſidebit Ecce mi
ſteriū vob̄ dico. Oēs quideȝ reſur
gemꝰ. ſȝ nō oēs imutabimur. In
momēto ī ictu oculi in nouiſſima
tuba Canet em̄ tuba et mortui re
ſurgēt incorrupti et nos immuta
bimur. Oportet em̄ corruptibile
hoc induere incorruptōem ⁊ mor
tale hoc induere immortalitatem
Cū aūt mortle hoc induerit immor
talitatem. tunc fiet ſermo qui ſcri
ptus ē. Abſorpta eſt mors in vi
ctoria. Vbi eſt mors victoria tua.

Vbi e mors ſtimul9 tu9 . Stimu
lus aũt mortis pctm̃ e . vtus vero
peccati lex . Deo autẽ grãs q̃ dedit
nobis victoriã p dñm nr̃m ihesuz
xp̃m . Itaqȝ fratres mei dilecti ſta
biles estote ⁊ imobiles . abũdan
tes i oi ope dñi ſemp . ſciẽtes q̄ la
bor vr̄ n̄ e ianis i dño . Ca . xvi .

De collectis autẽ q̄ fiũt in ſan
ctos ſicut ordinaui ecc̃ijs ga
latie ita ⁊ vos facite p vnã ſabba
ti . Vnuſquiſqȝ veſtꝛ apd ſe repo
nat recõdens qd ei bene placueit
ut nõ cũ venero tũc collecte fiant
Cũ aũt pn̄s fuero q̄s pbaueritis
p ep̄las hos mittã pferre gratiaz
veſtraz in iheruſalẽ . Qd ſi dignuz
fuerit ut ego eãz mecũ ibunt . Ve
niã autẽ ad vos cũ macedoniaz p
tranſiero . Nã macedoniã ptñſibo
Apud vos ãt forſitã manebo vel
etiã hyemabo ut vos me deduca
tis quocũqȝ iero . Nolo enim vos
modo in trãſitu videre . Spero enĩ
me aliquãtulũ tp̄is manere apd
vos ſi dñs pmiſerit . Permanebo
autez epheſi vſqȝ ad penthecoſtẽ .
Oſtiũ enĩ m̃ aptũ e magnũ ⁊ eui
dens ⁊ aduerſarij multi Si autez
venerit thimothe9 videte ut ſine
timore ſit apud vos . Opus enim
dñi opat̃ ſicut et ego . Ne quis ḡ
illũ ſpnat . Deducite aũt illũ i pa
ce ut veiat ad me . Expecto enĩ illũ
cũ fratrib9 . De apollo autẽ fratre
vobis notũ facio qm̃ multũ roga
ui eũ ut veiret ad vos cũ fratribȝ
⁊ vtiqȝ nõ fuit volũtas ei9 ut nũc
veniret Veniet autez cũ ei vacuũ
fuerit . Vigilate ſtate in fide virili
ter agite ⁊ ɔfortamini . oĩa vrã i
caritate fiãt . Obſecro aũt vos fra
tres . noſtis domũ ſtephane ⁊ for
tunati qm̃ ſunt p̃mitie achaye ⁊
in miniſteriũ ſanctoꝝ ordinauerit
ſeipſos ut ⁊ vos ſubditi ſitis eiuſ
modi ⁊ oi cooperanti ⁊ laboranti .
Gaudeo aũt in pñtia ſtephane ⁊
fortunati ⁊ achayci . qm̃ id qd vo
bis deerat ipi ſuppleuerũt . Refece
rũt ei ⁊ meũ ſpm̃ ⁊ veſtꝛ Cogno
ſcite ẽgo que eiuſmodi ſũt . Salu
tant vos oẽs ecc̃ie aſye . Salutãt
vos i dño multũ aq̃la et priſcilla
cũ domeſtica ſua ecc̃ia . apud q̄s
⁊ hoſpitor . Salutãt vos oẽs frẽs
Salutate inuicẽ in oſculo ſancto .
Salutacõ mea manu pauli . Si q̄s
n̄ amat dñm noſtꝛ ihm̃ xp̃m . ſit
anathema maranatha . Grã dñi
noſtri ihu xp̄i vobiſcum . Caritas
mea cũ oib9 vob̃ i xp̃o ihu amen .

Explicit ep̄la ad Corinthios
p̃ma . Incipit plogus in ſecun
dã ep̄lam ad Corinthios .

Poſt actaz a corinthijs
penitentiã ɔſolatoriaz
ſcribit eis ep̄laz ap̄ls
a troade p thitũ et col
laudãs eos hortat̃ ad melioã . cõ
triſtatos quidẽ eos ſȝ emẽdatos
oſtendens .

Explicit plog9 . Incipit epi
ſtola ſecũda ad Corinthios .

Paulus ap̄ls xp̄i
ihesu p voluntatẽ
dei ⁊ thimothe9
frat̃ ecc̃ie dei q̄ eſt
corinthi cũ oib9
ſanctis q̃ ſunt in
vniũſa achaya Grã vobis ⁊ pax